

nato 11. lauream Martyrii consequutus creditur. Etenim is lib. v.  
cap. 31. adversus Hæretes hæc scribit: *Manifestum est, quia U[erbi] discipu-  
lorum ejus U[erbi] bœc operatus est Dominus, Anima abibunt in Invisibilem  
Locum, definitum eis a Deo, U[erbi] ibi usque ad Resurrectionem commorabun-  
tur, sustinentes Resurrectionem, post recipientes Corpora, U[erbi] perfecte resur-  
gentes, hoc est corporaliter, quemadmodum U[erbi] Dominus resurrexit, sic ve-  
nient ad conspicuum Dei. Consimilia quoque profert Tertulliani verba:  
qui circiter Annū Christi cccc. finem vivendi fecit. Nam in lib.  
de Anima cap. 55. exemplo Christi, ad Inferos post mortem profe-  
cti, eos ridet, qui satis superbe non putant, *Animas Fidelium inferis  
dignas; servi super Dominum, U[erbi] discipuli super Magistrum; aspernati, si  
forte in Abrabæ simi, expetlandæ Resurrectionis solatium capere. Insuper  
addit in suo de Paradiſo Libello, qui jamdiu excidit, se constituisse omnem  
Animam apud Inferos sequestrari, in Diem Domini. Origenem pariter  
laudat, qui Anno Christi cccv. diem suum obiisse creditur, at-  
que in Homil. vii. in Levitic. hæc scripsit de Sanctorum Animabus:  
*Nondum receperunt letitiam suam, ne Apostoli quidem; sed U[erbi] ipsi exspe-  
ctant, ut U[erbi] ego letitiæ eorum particeps sim. Sub finem quoque Sæcu-  
li iii. floruit Victorinus Martyr Petavionensis, cuius verba sunt ad  
illud Apocal. vi. 9. de Animabus sub Altari: Sed quia in novissimo tem-  
pore Sanctorum remuneratio perpetua, U[erbi] Impiorum ventura damnatio, di-  
ctum est iis, Exspectate. Et pro corporis sui solatio acceperunt Stolas al-  
bas, id est donum Spiritus Sancti. Denique Lactantii, qui ineunte Sæ-  
culo iv. floruit, nota verba adfert lib. vii. Sect. 21. *Divinar. Institution. Ne  
tamen quisquam putet, Animis post mortem protinus judicari. Omnes enim  
in una communique custodia detinentur, donec tempus adveniat, quo ma-  
ximus Judex meritorum faciat examen. Tam quorun fuerit probata justitia,  
ii premium Immortalitatis accipient. Obiter heic animadverat velim  
Lector, quid Lactantio sit premium Immortalitatis, tantummodo post  
Iudicis æterni adventum ac sententiam conferendum Justis. Nuper  
vidimus Immortalitatis Corora illos statim a morte donatos, testimonio  
Smyrnensis Ecclesie. Parum autem laborandum Burneto fuit, ut  
hæc veterum loca congerieret. Ea quippe, immo & alia, ut nuper  
monui, jamdiu Sixtus Senensis, Cardinalis Bellarmius, atque  
ali e nostris produxerant. Sed quid, quæsto, hæc possunt contra Ec-  
clesie Catholice dogma, quando meminerimus, tum Iustini & Ter-  
tulliani, tum reliquorum, tamdiu differentium poenas & præmia  
Mortuorum, opinionem ex uno falso principio, atque ex alteri fu-  
sti opinione processisse? Ita porro sese res habuit, Primus Millenarii  
Regni somnum, compleendum post universale Judicium, Cerinthi  
temporum Apostolicorum Hæretiarchia invexit. Hærique Catholicorum  
absuerunt ab ejus opinione amplectenda: immo diu non pauci Apocal.  
S. Jo. tanquam divinum Librum accipere noluerunt, veriti scetur  
Cerinthi ipsius, quod ibi Mille Annorum Regnum commemoraretur.  
Verum animaveramus, Papæ Hieropolitanæ Episcopo, sub initium****